



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

X. De officio subdiaconi in Missa solemni celebrante Episcopo in
faldistorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

redit ad locum suum, & si Diaconus stare debeat ad librum, ipse supplet à dextris Episcopi pro Diacono discooperiendo calicem vinum purificationis infundendo & ablutionem digitorum in Calicem.

15. Deinde tergit Calicem de more, dum Episcopus lauat manus, & eum ad credentiam reportat, mox redit ad Episcopum, & ad benedictionem Episcopalem genuflectit.

16. Finita Missa comitatur Episcopum eum præcedendo sine libro ad sedem suam, ibiq; adiuvat Diaconum in exuendo Episcopum.

17. Quæ fortè hic desiderantur, poterunt intelligi ex his quæ de officio subdiaconi in tertia parte dicta sunt.

TITVLVS X.

De officio subdiaconi in Missa solemni celebrante Episcopo in Faldistorio.

1. **S**ubdiaconus ministraturus Episcopo celebranti in faldistorio ritus præcedenti titulo præscriptos adhibet omnes omnino, mutatis tantum sequentibus.

2. Recedente Episcopo post primam thurificationem Altaris ad faldistorium suum ipse non remanet apud Altare sed sequitur eum ad faldistorium, ibique stans post eum legit suo tempore cum eo *Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & Credo*, & quando sedendum est, sedebit post illum à sinistris Presbyteri Assistentis, & si Episcopus vtatur Gremiali ipse semper tradit & aufert Gremiale, nisi vbi necessitas aliud suadeat.

2. Post

aus stare debeat
 is Episcopi pro
 em vinum pu-
 tionem digito-

more, dum E-
 credentiam re-
 & ad benedi-

piscopum cum
 ram, ibiq; ad-
 scopum.

r, poterunt in-
 acioni in tertia

X.

mi celebrant
 o.

Episcopo cele-
 cedenti ritu-
 nino, mutatis

primam thuri-
 m suum ipse
 quitur eum ad
 eum legit suo
 a in excelsis, &
 ledebit post il-
 is, & si Episco-
 radit & auferit
 suadeat.

3. Post

3. Post decantatam Epistolam ipse osculara
 manu Episcopi, genu flexus tenebit ante illum li-
 brum Missalis, ex quo leget Epistolam & alia vs-
 que ad Euangelium inclusiue.

TITVLVS XI.

De Ministro seruiente ad Baculum pasto-
 ralem.

1. **Q**uoties Episcopus vtitur Mitra in sua
 Diocesi, & etiam alibi, cum scilicet con-
 secrationes, ordinationes, vel benedictiones
 auctoritate Apostolica facit, toties debet vti Ba-
 culo.

2. Minister de Baculo semper debet esse in-
 ductus super pelliceo, & si sit consuetudo, etiam
 Pluuiati; quando eum tenet manu dextra extre-
 mitate superpellicei tecta illum sustinet, nullo
 panno aut velo ab ipso pendente, quia Abbatum
 est, & aliorum inferiorum gestare baculum cum
 velo, nudum, cum opus fuerit, Episcopo offert,
 cum osculo ipsius & manus Episcopi, parte cur-
 ua baculi ad populum conuersa. Et si forte ali-
 quis alba esset indutus conuenit, vt habeat ve-
 lum pendens de collo eius.

3. In Processionibus, si longiores sint, aut E-
 piscopus SS. Sacramentum, aut sacras Reliquias
 deferat Minister immediatè ante Episcopum in-
 cedens deferet Baculum ambabus manibus su-
 perpellicei manicis coopertis à terra eleuatum;
 si tamen Processio sit breuis, aut nihil in mani-
 bus gestet conuenit vt Episcopus eum deferat
 sinistra, dextra sua benedicens populum, tunc
 Minister de eo seruientis sequitur cum alius Epif-
 copum.

4. In